

[I p 2]

35

metro tercio ibi TUNC ME DISCUSSA. Continuacio: sic dixi quod possit curari (14) SI NOS AGNOVERIT. QUOD UT POSSIT scilicet nos agnoscere (15) LUMINA EIUS id est rationem et intelligenciam (16) CALIGANCIA NUBE MORTALIUM RERUM id est obfuscata tenebris
effectui
 36 ignorancie que ex effectu rerum mortalium causatur TERGAMUS affectum istum auferendo HEC DIXIT supple Philosophia, sed quia parum est dicere nisi effectui 37 demandetur subiungit OCULOSQUE MEOS rationem scilicet et intelligenciam (17) FLETIBUS UNDANTES id est habundancia doloris oppressos SICCAVIT id est ab isto dolore purgauit et hoc fecit 40 (18) VESTE id est arte philosophica CONTRACTA IN RUGAM id est coadunata per plures sentencias in unum uolumen sicut patet in libro isto.

[I m 3]

TUNC ME¹ metrum tertium, quod scribitur primo uersu dactilico exametro, de quo dictum est supra metro primo; secundo uersu

35 ibi om. o 36 et ex o / 37 hoc o / 38 nisi effectui demandetur o nisi effectum demandetur DP nisi effectum mancipetur uel demandetur R nisi ad effectum demandetur Pe ubi effectui demandetur J(effectui M) / 39 et intelligencia RP et intellectus o intellectus J / 40 hoc fecit ORP hoc ...fecit J /

1 tunc me OJ nunc me etc. R tunc mecum discussa PPe /

Alcmanico, sic appellato ab inuentore, tetrametro id est
 quatuor pedum, dactilico² a pede predominante (in omni enim
 loco ponitur: recipit eciam spondeum in primo secundo et tertio
 loco), acathialectum³ (nulla enim sillaba habundat uel deficit).
 Postquam Philosophia amouit a Boecio impedimentum cognicionis
 philosophice, hic docet quomodo eam cognouit. Et circa hoc duo
 facit. Primo enim docet quomodo amoto impedimento uigorem⁴
 cognicionis recuperauit, secundo quomodo Philosophiam cognouit
 prosa tercia HAUD ALITER. Docet autem quomodo amoto impedimento
 recuperauit uigorem per quandam similitudinem dicens quod TUNC
 scilicet postquam Philosophia lumina mea deterserat TENEBRE⁵
est scilicet ignorancie LIQUERUNT id es dereliquerunt ME DISCUSSA⁶
 NOCTE id est excusso dolore intellectum obnubilante -QUE pro et
 (2) LUMINIBUS id est intelligencie et racioni REDIIT PRIOR VIGOR
 scilicet cognicionis. Deinde subiungit similitudinem dicens
 quod (3) UT pro sicut CUM id est quando SIDERA GLOMERANTUR id est
 nubibus inuoluuntur CHORO PRECIPITI id est tali uento precipitanter
 flante (4) POLUSQUE id est firmamentum per synodochen NIMBOSIS⁸
 IMBRIBUS id est humidans repentinis et impetuosis pluuiis STETIT
 id est uidetur stare: motus enim celi non percipitur sensu nisi
 per motum alicuius stelle. Unde quando celum est coopertum obscuris

2 dactilico I / 3 acathialectus I / 4 uigorem recuperauit O / 5 decresceat
O / 6 et et O / 7 inuoluut' I / 8 synodochen ORPJMK /

[I m 3]

nubibus, quia tunc nulla stella uideri potest, appareat celum stare. Quando hec contingunt (5) SOL LATET AC pro⁹ et ASTRIS NONDUM VENIENTIBUS id est non apparentibus sicut contingit ex consuetudine in nocte naturali CELO id est in celo (6) NOX id est obscuritas similis nocti DESUPER IN TERRAM FUNDITUR sed si (7) BOREAS id est uentus ille EMISSUS AB ANTR¹⁰ TREICIO hoc dicit quia flat de illa parte mundi in qua situatur Tracia que forte cauernosa est: de cauernis autem non numquam exit uentus generatus ex uaporibus siccis in terra VERBERET HANC scilicet noctem id est flatibus suis disperdat (8) ET RESERET DIEM CLAUSUM obscuritate' nubium (9) PHEBUS id est sol EMICAT id est lucet ET SUBITO LUMINE VIBRATUS id est crispatus uel splendidus (10) FERIT id est repercutit MIRANTES OCULOS qui scilicet mirantur post tantam' noctem subitum splendorem. Notandum ut similitudo melius intelligatur quod a philosopho tercio metheorum¹¹ duodecim ponuntur esse uenti eo quod duodecim ponuntur plage mundi que distinguntur secundum duodecim puncta insigniora nostri orizontis unde que determinantur secundum sectionem quinque paralellorum et meridiani. Meridianus enim transiens per duos polos secat orizonta¹²

9 pro et et J / 10 generatur J / 11 obscuritatem J / 12 tum J /13 metheorum OMPPE metherorum RJ / 14 unde cm. O / 15 orizonta D -tem R
orizon PPeJKMO /

[I m 3]

in puncto meridionali a quo causatur uentus qui dicitur Auster
 secundum Isidorum uel Nothus Auster secundum Senecam et Varronem.

Item secat eudem in puncto septentrionali a quo causatur uentus
¹⁶ dictus Septentrio secundum Isidorum Senecam et Varronem.

Secundum uero usualiter loquentes dicitur aquilo. Equinoctialis
 autem secat orizonta in puncto orientis a quo ¹⁷ uentus qui
 ab omnibus dicitur Subsolanus. Item secat eudem in puncto
 occidentis a quo causatur uentus qui dicitur Fauonius ab omnibus.

Et isti dicuntur uenti cardinales uel principales. Quilibet autem
¹⁸ istorum habet duos collaterales qui sic accipiuntur. Sicut enim
 tradunt astronomi, polus zodiaci distat a polo mundi fere 24
 gradibus. Motu autem circulari diurno iste polus zodiaci describit
 quendam circulum circa polum mundi et ita secat orizonta in duobus
 punctis quorum uterque distat a polo mundi fere 24 gradibus.

Circulus autem describens ista duo puncta circa polum meridionalem
 dicitur parallelus antarticus et uentus flans a puncto orizontis
 secantis ipsum uersus occidentem uocatur secundum Isidorum
 Austronothus, ¹⁸ usualiter autem Affricus. Ventus autem flans a
 puncto seccionis orizontis uersus orientem uocatur ab Isidoro
 Euroauster usualiter Nothus. Circulus autem quem describit
¹⁹ polus zodiaci circa polum septentrionalem uocatur paralellus

² Cf. Etym. XIII xi, 6.
³ Etym. XIII xi, 11.

16 de Q / 17 iter Q / 18 austromothus OR astronothus JP / 19 polus zo-
 diaci OJPe p. mundi RPMD /

[I m 3]

20

articus et uentus flans a puncto in quo secat orizontem uersus orientem uocatur secundum Isidorum aquilo usualiter uero Boreas. Ventus autem flans a puncto seccionis orizontis uersus occidentem uocatur ab Isidor^o circius usualiter autem Chorus. Item punctus solsticij hyemalis circumductus motu diurno describit quendam circulum paralellum equinocciali distantem ab eo uersus meridiem fere 24 gradibus et uocatur tropicus hyemalis et secat orizonta in duobus punctis quorum unus est in oriente aliis in occidente. Ventus autem flans a puncto seccionis in oriente dicitur collateralis subsolani uersus meridiem et uocatur Eurus ab omnibus. Ventus flans a puncto seccionis in occidente dicitur collateralis Fauonii uersus meridiem et uocatur ab Isidoro Austroaffricus usualiter uero Zephyrus. Item punctus solsticij estiualis describit quendam circulum paralellum equinocciali distantem ab eo uersus septentrionem fere 24 gradibus et uocatur tropicus estiualis et secat orizontem in duobus punctis quorum est unus in oriente. Et uentus flans ab isto est collateralis subsolani uersus septentrionem et uocatur Vulturnus. Alius uero est in occidente et uentus flans ab isto est collateralis Fauonii

20 uentus uero O / 21 equinocciali MD equinoccii JOPe -tu P
 equinoctio R / 22 equinocciali RPPeMD equinoccii JO / 23 est RPO
om. J /

uersus septentrionem et uocatur ab Isidoro Chorus usualiter uero circius. Nomina autem uentorum usualia patent per hos uersus:

Sunt subsolanus Vulturnus et Eurus eøy
atque die medio Nothus heret at Affricus Austro;
circius occasum Zephyrusque Fauonius afflant;
ac ueniunt aquilo Boreas et Chorus ab arcto.

Sic ergo patet ex dictis quod Chorus est collateralis Fauonii secundum Isidorum uersus septentrionem; secundum uero usum est ²⁴ collateralis septentrionis uersus occidentem, Boreas uero collateralis septentrionis a parte orientis. Sed qui experimento ²⁵ patet per Italiam quod uentus ueniens a plaga mundi inter septentrionem et occidentem est uentus leuis flatus et serenus, uidetur quod Boecius in nominacione uentorum magis secutus sit consuetudinem uulgarem Italie secundum quam ponit nominacionem uentorum Vegecius de re militari libro quarto, capitulo 38, ^{*} dicens Chorum esse collateralē Austri a parte sinistra de quo euidenter patet quod est impetuosus et adductiuus imbrium, Boream uero dicit esse sinistrum septentrionis et ita flat a puncto directe onposito Choro. Karolus tamen Magnus, qui, ut ²⁶_{**} refert Maynardus in libro quem de uita eiusdem conscripsit, uentis collateralibus in materna lingua nomina imposuit. Dicit Chorum

* Lang, p. 155 **
25 in ytalia Q /

24. occidendum J / 26 maynardus JO mainardus R ma et mardus PPe
marciardus M minardus D /

esse collateralem aquilonis a parte occidentis, quem in hoc secutus
 est Aluredus rex Anglorum in translacione Anglicana.² Est ergo
 conueniens adaptacio ut per solem intelligamus rationem et
 intellectum, per Chorum qui impetuosus est aduersitatem fortune que
 impetuose superuenit, per nubem obumbrantem solem dolorem
 obscurantem rationem et tenebras ignorancie adducentem, per Boream
 nubem fugantem philosophiam huiusmodi dolorem depellentem quo
 depulso uiget racio per suam sapienciam sicut splendet sol per suum
 lumen. Sicut autem homines mirantur splendorem solis subitum post
 tantam obscuritatem, ita minus periti mirantur quando uident
 aliquem sapientem prius dolore depresso postea sua sapiencia
²⁷ docente esse consolatum; ideo autem amirantur quia non uident
 aliquid in se unde possent de simili dolore consolare. Quod
 autem insipiens non sentit in se putat in alio esse impossibile.
²⁸
²⁹ Premissa de uentis, qui scilicet et quot sunt cardinales uenti,
 quis cui opponatur, et quid cuius sit collateralis, planius
 patere poterunt si describatur figura.
²⁹
^{+ 29}

2 C. 4

tPl. 1 B; p. 3

28 dolore RPPeDO docere JM / 29 premissa de uentis qui scilicet
 et quot sunt cardinales uenti quis cui opponatur quis cuius sit
 collateralis planius patere poterunt si describatur figura Pe premissa
 debentis qui scilicet et quot sunt sunt cardinales quis cui opponatur
 et quis cuius sit collateralis planius patere poterunt si describatur
 figura P hec igitur que de uentis dicta sunt patere poterunt
 euidentius in descriptione subsequentis figure Rom. JMD0 /

27 mitanter

10